c Um ad orandū ſiue ad pſallendum eccleſiā intraueris: fluctuantiū cogitationū tumultū exterius relinque: curāq3 exteriorū oiū penitus obliuiſcere: vt ſoli deo vacare poſſis. Fieri .n. nō pōt vt aliqñ cū deo loquatꝛ: q cū toto mundo ēt tacens fabulatur. Intende ḡ illi q intendit tibi: audi illū loquentē tibi: vt ipſe exaudiat te loquentē ſibi. Ita fiet, ſi diuinis laudibꝰ ſoluendis cū debita reuerentia ⁊ ſollicitudine aſſiſtas: ſi ſingula verba diuine ſcripture diligenter intēdas.

Nō ꝙ ego iſta faciā: dico: ſed ꝙ facere vellem: ⁊ non feciſſe penitet: ⁊ non facere piget.

Tu vero cui maior gratia conceſſa eſt votis ⁊ deuotis precibus pias aures dñi ad te flecte lachrimis ⁊ ſuſpirijs pro tuis exceſſibus illū clementer exora: atq3 ſpiritalibus canticis in oibus opibus ſuis illū lauda ⁊ glorifica. Nil .n. magis ſupnis ciuibus ſpectare libet: nil regi ſūmo iocundius exhibetur: ſicut ipſe teſtatꝛ: Sacrificium laudis honorificabit me.

¶ Quantam curam ⁊ ſollicitudinē ſuperni ciues de nobis habeant: quanto ve deſiderio aduentū noſtrū expectent: Nōq̄ nobis ad eos feſtinandū atq̄ currendū ſit: cū nō ſolum ipſi: ſed ⁊ creator eorū pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus: totaq̄ celeſtis curia nos expectet: in qua cum magna leticia ſuſcipietur quicūq̄ ingi orationi ⁊ aſſidua cogitatione in illa conuerſatur. Capitulum.xij.

O Quā felix eſſes ſi ſpiritalibus oculis ſemel intueri poſſes quomō preueniunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuenculaꝝ tympaniſtriaꝝ: videres proculdubio qua cura: quo ve tripudio interſunt cātantibus: aſſiſtūt orantibus: aſſunt meditantibus: ſupſunt queſcentibus: ꝓuidentibꝰ atq̄ procurātibus preſunt. Diligunt qdem ſuos ↄciues ſupne ptātes: ⁊ pro his q̄ hereditatem capiunt ſalutis ſollicite ↄgaudent: ↄfortant: inſtruunt: protegunt: prouidentq̄ oībus mones in oībus. Ipſi.n. deſiderant aduentū noſtrum: qm̄ de nobis expectant ciuitatis ſue ruinas reſtaurari. Diligenter querūt ⁊ libēter audiunt bona de bonis. Sollicite diſcurrunt medij inter nos ⁊ deum: noſtros gemitꝰ ad eū fideliſſime deportātes: ipſiuſq̄ gratiā deuotiſſime reportantes. Nō dedignabunt

eſſe ſocij noſtri: q̇ iaȝ facti ſunt miniſtri noſtri.
Exultare eos fecimus qn̄ cōuerſi ſumus ad
penitentiam. Feſtinemus g̊ de nobis eoꝝ leti
ciam adimplere. Ue tibi quicūqȝ es: q deſi-
deras reuerti ad vomitum: redire ad lutū: pu
tas ne placatos habebis in iudicio: quos tan-
to ⁊ tā ſperato gaudio vis priuare? Exultaue
runt qn̄ venimus ad religioneȝ: tanq̄ ſup his
quos ab ipſa inferni porta cernerēt reuocari.
Quid vō nunc erit ſi ab ipſa paradiſi ianua
viderint redire ⁊ retrorſum abire eos qui iaȝ
alteꝝ pedem habent in celo? Naȝ ſi corpora
inferius corda ſurſum. Curramus g̊: nō paſ
ſibus corpis: ſed affectibus: ſed ſuſpirijs: ſed
deſiderijs: qm̄ non ſolum angeli: ſed angeloꝝ
creator nos expectat. Expectat nos deus pa-
ter tanq̄ filios ⁊ heredes: vt ꝯſtituat nos ſup
omnia bona ſua. Expectat nos dei filius tanq̄
fratres: ⁊ coheredes: vt fructum ſue natiuita-
tis ⁊ precium ſui ſanguinis offerat deo patri.
Expetat nos ſpiritusſanctus: ipſe ſiqdem eſt
bonitas ⁊ benignitas: in qua ab eterno prede
ſtinati ſumus. Nec dubium quin predeſtina-
tionem ſuaȝ adimplere velit. Ergo qr oīs ce
leſtis curia nos expectat ⁊ deſiderat: deſidere
mus eam quāto poſſumus deſiderio. Cum
magna nāqȝ ꝯfuſione ⁊ rubore ad illā pueni-

et:q̄ſquis eam vehementer videre nō deſide
rat. Quicūq3 vō iugi oratōe ⁊ aſſidua cogita
tione in illa ꝯuerſatur. ⁊ ſecurus hinc egredi-
tur. ⁊ cum magna leticia illic ſuſcipietur.

¶ Quod vbiq3 ⁊ frequenter ſit orandum:ac de effectu orationis noſtre. Quod etiam ſemper ⁊ vbiq3 de deo ſit cogitandum ⁊ in corde noſtro cenaculū xp̄o exhibendum.nobiſq3 ipſis velut templo dei vtenduz.queȝ ⁊ ſemꝑ ante oculos habere. ⁊ in oibus que agimus preſentem eſſe debemus agnoſcere. Capi.xiij.

Vbicunq3 ergo fueris intra temetipſum ora.ſi longe fueris ab oratorio. noli locum querere. quoniam tuipſe locus es. Si fueris in lecto aut ī alio loco.ora ⁊ ibi eſt templum. Frequenter orandu3 ⁊ flexo corpore mens eſt erigenda ad deum. Sicut.n.nullum eſt momentum quo homo non fruatur vel vtatur dei bonitate ⁊ miſericordia ſic nullum debet eſſe momentu3 quo eu3 preſentem non habeat in memoria. Sed dicis. Ego quotidie oro. ⁊ orationis mee nullu3 fructūm ſentio.ſed ſicut accedo ad illam ſic ⁊ recedo. ⁊ nemo mihi reſpondet.nemo mihi loqtur.nemo mihi quippiam donat.ſed incaſſu3 laboraſſe videor. Sic loquitur humana ſtul

ticia.nō attendens quid promittat veritas di
cens. Amen amen dico vobis quicquid oran
tes petitis. credite q2 accipietis.⁊ fiet vobis.
Noli ergo vilipendere orationem tuam:q̄ni
am ille ad quem oras non vilipendit eam: ſ3
anteq̄ egrediatur de ore tuo ipſe ea3 ſcribi iu
bet in libro ſuo. Et vnum e duobus indubi-
tanter ſperare debemus.quoniam aut dabit
nobis quod petimus.ant quod nouit eſſe vti-
lius. Cogita itaq3 de deo quicquid melius
potes.⁊ de te quicquid deterius vales. De
te vero ⁊ de illo amplius credere debes. quā
cogitare potes. Omne tēpus in quo de deo
non cogitas.hoc te computa perdidiſſe. Ois
quidem res aliena eſt a nobis. tempus tantū
noſtrum eſt. vaca ergo.⁊ vbicunq3 fueris.ibi
totus ⁊ tuus eſto. Noli te rebus tradere.ſ3
cōmodare. Quocūq3 loco conſiſtis cogitatio
nes tuas tracta.⁊ aliqd ſalutare in animo tuo
verſa. Omnis ſiquidem locus ad meditan-
dum eſt congruus. Tota ergo facultate ani-
mum colligens libere tecum habita: ⁊ in lati
tudine cordis tui deambulans.ibidem cena-
culum grande ſtratū chriſto exhibe. Mens
nāq3 ſapientis ſemper eſt apud deum. Illu3
ſemper ante oculos habere debemus.p que3
ſumus.viuimus ⁊ ſapimus. Ipſu3 nāq3 vt eſ

ſemus habemus auctorem. ipſum etiaꝫ vt ſa
pientes ſumus habemus doctorem: ⁊ vt bea
ti ſimus eterne ſuauitatis habemus largito-
rem. Et in hoc eius imaginem: hoc eſt illius
ſumme trinitatis: in nobis cognoſcimus. Nā
ſicut ille eſt ⁊ ſapiens eſt ⁊ bonus eſt: ſic ⁊ nos
pro modulo noſtro ⁊ ſumus ⁊ nos eſſe ſcimus
⁊ id eſſe ⁊ noſſe diligimus. Utere ergo teip-
ſo velut dei templo: propter illud quod in te
eſt ſimile deo. Honor ſiqdem ſūmus eſt deo:
illum venerari ⁊ imitari. Imitaris ſi pius es:
Templum enim ſanctum eſt deo mens pij:
⁊ altare optimum cor eius. Ueneraris ſi mi
ſericors es: ſicut ipſe omnibus miſericors eſt.
Hoſtia ſiquidem acceptabilis deo eſt: face-
re bonum omnibuſ pro deo. Fac omnia ſicut
filius dei: vt dignus ſis eo qui dignatus eſt te
vocare filium. In omnibus vero que agis:
deum eſſe preſentem cognoſce.

¶ De cautela atqꝫ cuſtodia nobiſ neceſſaria
ne deum offendamus qui ſemper ⁊ vbiqꝫ pre
ſens: cuncta que facimus cernit: cū quo ⁊ nos
ſemꝑ ſecuri ſumuſ ꝯtra inſidias diaboli: eo ꝙ
nō deſerit ſperātes in ſe: niſi prior deſeratur.
Quomodo etiam cor per cuius diſtractioneꝫ
deus deſeritur: ſit cuſtodiendum atqꝫ mun-
dandum. Capitulum. xiiij.

Aue ergo ne in eo q̄d male delectat
c vel viſio tua vel cogitatio tua demo-
retur nec dicas aut facias quod non
licet etiam ſi libet: nec aliquo ſigno vel facto
deum offendas.qui vbiq̄ʒ preſens cernit quic
quid facis. Magna cuſtodia neceſſaria eſt ti-
bi.quoniam omnia agis ante oculos iudicis
cuncta cernentis. Cuʒ illo tamen ſemper es
ſecurus.ſi talem te preparaueris.vt tecum eē
dignetur. Si tecum non eſt per gratiam.ad-
eſt tamen per vindictam.ſed ve tibi ſi ita tecū
eſt.immo ve tibi ſi ita tecum non adeſt. Illi
nāq̄ʒ iraſcitur deus.quem peccantem non fla
gellat. Nam queʒ hic flagellando non emē
dat:in futuro damnat. Certum eſt ꝙ mors
vbiq̄ʒ tibi minatur.diabolus vero vbiq̄ʒ inſi
diatur vt animam tuam rapiat quando egre-
dietur de corpore. Tu vero noli timere:quo
niam deus qui in te habitat.ſi tamen habitat
eripiet te a morte ⁊ a demone. Fidelis enim
ſocius eſt.nec deſerit ſperantes in ſe:niſi prior
ipſe deſeratur. Deſeritur autem cum cor per
inutiles ⁊ prauas cogitationes.vaga mēte diſ
trahitur. Idcirco omni ſollicitudine ⁊ cuſto
dia illud debes cuſtodire ⁊ tenerē.vt in illo d̄s
requieſcere poſſit. In omni quippe creatura
que ſub ſole ē mundanis vanitatibus occupa

tur. nihil humano corde ſublimius. nihil no-bilius. nihilq; deo ſimilius reperitur. quapropter nihil aliud querit a te niſi cor tuū. Mūda ergo illud per puram confeſſionem: ⁊ aſſiduam orationem. vt mundo corde deum videre poſſis per continuam dei circunſpectionem. In omni loco eſto ei ſubiectus ⁊ intentus. Compone mores tuos: vt ſis in te pacatus. Dilige oēs homines ⁊ omnibus te amabilem exhibe. vt ſis pacificus ⁊ dei filius. Sic eris bonus monachus. ſanctus humilis ⁊ rectus. ⁊ cum talis fueris memento mei.

¶ De increpatione ⁊ accuſatione ſuijpſius propter predictorum omiſſionē ⁊ negligentiam: maioremq; dilectionem lectionis quā orationis. De inſanie quoq; noſtre deteſtatione. dum cum domino maieſtatis in oratione loquētes: aures ab ipſo auertimꝰ. Ca. xv.

V E mihi qui iſta dico ⁊ non facio: ⁊ ſi aliquando facio non diu perſeuero. Iſta habeo in memoria: ⁊ non ſeruo in vita. habeo in ſermonibus. ⁊ non in moribus. Legem in corde ⁊ ore tota die rumino. ⁊ contraria legi facio. lego in ea de religione. ⁊ plus diligo lectionem ꝙ̄ orationem. Verūtamen nihil aliud docet me diuina ſcriptura.

21

nisi religionem amare: veritatem seruare: ca-
stitatem tenere: caritatem habere. Ego aūt
miser ⁊ miserabilis citius curro ad lectionē q̄
ad orationē: libētius volo legere q̄ missas au
scultare. Expectat me quandoq; aliquis vo
lens de necessitate sua loqui mihi: Ego vero
librum aliquem accipio: quem ille vel ille ha
bere vellet: lego in eo: ⁊ legendo in eo: amitto
caritatis fructus: pietatis affectus: compūctio
nis flexus: missaꝝ vtilitatem: celestium cōtem
plationem: qua nihil in hac vita dulcius senti
tur: nihil auidius sumitur: nihil ita mentez ab
amore mundi separat: nihil sic animum robo
rat contra temptationes: nihil ita hominem
excitat ⁊ adiuuat ad omne opus bonum ⁊ ad
omnem laborem. Miserere mei deus: quo
niam ibi plus pecco vbi peccata mea emenda
re debeo. In oratorio nanq; sepe dum oro nō
attendo quid dico. Ore qdem oro: sed men
tez foris vagantē orationis fructu priuo. Cor
pore sum interius: sed mente exterius: ⁊ ideo
perdo qd dico. Parum .n. prodest sola voce
cantare: sine cordis intentione. Propterea
magna peruersitas: immo magna insania est:
quando cum dn̄o maiestatis in oratione loqui
presumimus: ⁊ insensati aurem ab ipso auerti
mus: ⁊ nescio ad quas ineptas ⁊ inanes fabu-

las coꝛ cõuertimus. Magna quoqꝫ inſania eſt ⁊ grauiter vindicanda: cum viliſſimus pul uis loquentem ad ſe creatoꝛem vniuerſitatis audire dedignatur. Ineffabilis vero ē diui ne bonitatis dignatio: que quotidie conſpicit nos infelices aures auertentes: obturãtes coꝛ da: ⁊ nihilominus clamat ad nos dicens. Re dite preuaricatoꝛes ad coꝛ: vacate ⁊ videte q̄ niam ego ſum deus. Loquitur mihi deus in pſalmo: ⁊ ego illi: nec tamen cum pſalmuꝫ di co attẽdo cuius ſit pſalmus. Idcirco magnã iniuriam deo facio: cum illuꝫ precoꝛ vt preces meas exaudiat: quas ego q̄ fundo non audio.

Deprecoꝛ illum vt mihi intendat: ego vero nec mihi nec illi intendo: ſꝫ quod deterius eſt: immunda ⁊ inutilia in coꝛde verſando fetoꝛẽ hoꝛribilem eius aſpectibus ingero.

¶ De coꝛdis mutabilitate: inſtabilitate: in quietudine ⁊ vanitate: ac de ſalubri per dili gentem diſcuſſionem fragilitatiſqꝫ ſue cogni tionem atqꝫ veram confeſſionem remedio.

¶ Capitulum. xvi.

n Ihil eſt i me coꝛde meo fugatius: qd̄ quotiens me deſerit ⁊ per prauas co gitationes defluit: totiens deuꝫ offen dit. Coꝛ meum coꝛ vanum: vagum ⁊ inſtabi

le: dum ſuo ducitur arbitrio: diuino caret con
ſilio. In ſeipſo nō poteſt conſiſtere: ſed omni
mobili mobilius per īfinita diſtrahitur: ⁊ hac
illacqꝫ per innumera diſcurrit. Et dum per
diuerſa requiem querit: nec inuenit: in labore
miſerum ac vacuum a requie manet: ſibi non
concordat: a ſe diſſonat: a ſe reſilit: voluntates
alternat: conſilia mutat: noua edificat: vetera
deſtruit: deſtructa reedificat: ⁊ eademqꝫ iteruꝫ
atqꝫ iteruꝫ: alio ⁊ alio modo mutat ⁊ ordinat:
qꝛ vult ⁊ non vult: ⁊ nunꝙ in eodem ſtatu per
manet. Sicut enim molendinum voluitur:
velociter ⁊ nihil reſpuit. ſed quicquid imponi
tur molit. ſi autem nihil imponatur ſeipſuꝫ cō
ſumit. ſic cor meum ſemper eſt in motu. ⁊ nun
quā requieſcit. ſed ſiue dormiam ſiue vigilem
ſomniat ⁊ cogitat quicquid illi occurrit. Et ſi
cut molendinum arena ſi imponatur extermi
nat. pix inquinat: palea occupat: ſic cor meum
cogitatio amara turbat. immunda maculat.
vana inquietat ⁊ fatigat. Et ita cor meuꝫ dū
futurum non curat gaudium. nec diuinuꝫ que
rit auxilium. ab amore celeſtium elongatur. ⁊
in amore terreſtrium occupatur. Cūqꝫ elabi=
tur ab illis. ⁊ inuoluitur in iſtis. vanitas illud
recipit. curioſitas deducit. cupiditas allicit.
voluptas ſeducit. luxuria polluit. torquet inui

dia. turbat iracundia. cruciat triſticia. Sicqꝫ
miſeris caſibus. ſubiugatur omnibus vitijs.
Nam vnuꝫ deuꝫ q̄ ei ſufficere poterat dimiſit.
per multa diſpergitur: ⁊ huc ⁊ illuc querit vbi
quieſcere poſſit: ⁊ nihil inuenit qđ ei ſufficiat
donec ad ipſum redeat. A cogitatione in cogi
tationem deducitur. ⁊ per varias occupatio=
nes ⁊ affectiones variatur. vt ſaltem varieta=
te ipſarum rerum impleatur. quaꝝ qualitate
ſaciari nō poteſt. Sic labitur cordis miſeria
ſubtracta diuina gratia. Cūqꝫ ad ſe reuerti=
tur ⁊ diſcutit quid cogitauit: nihil repit qꝛ nō
opus fuit. ſed importuna cogitatio que cōpo=
nit de nihilo multa. Sic deniqꝫ decipit ima=
ginatio. quā demonum format illuſio. Im=
perat mihi deus. vt prebeam illi cor meum: ⁊
qꝛ imperanti deo non ſum obediens ⁊ ſubdi=
tus. mihi ſum rebellis ⁊ contrarius. vnde mi
hi ſubiugari non potero. donec illi fuero ſub=
ditus. mihiqꝫ ſeruiam nolens. qꝛ ei nolo ſer=
uire volens. Idcirco plura machinatur cor
meū vno momento q̄ oēs hoīes perficere poſ
ſent vno anno. Cū deo nō ſuꝫ vnitus. ⁊ ideo
in meipſo ſum diuiſus. Cuꝫ illo vero vniri nō
poſſum. niſi per caritatem. nec ſubijci niſi per
humilitateꝫ. nec vere humilis eſſe niſi per ve
ritatem. Expedit ergo vt in veritate me diſ

cutiam ⁊ cognoſcam ꝙ vilis ꝙ fragilis ⁊ ꝙ la-
bilis ſum. Deinde cum omnes miſerias me-
as cognouero. neceſſe eſt vt illi inheream per
quem ſum. ſine quo nihil ſum. ſine quo ad ip-
ſum redire ⁊ nihil facere poſſum. ⁊ quia a deo
peccando receſſi: niſi per veram confeſſionem
ad eum redire non poſſum.

¶ De recognitione negligentiaꝝ ⁊ defectu-
um cõmiſſoꝝ circa ea que ad veram ac de-
bitam confeſſionem exiguntur. Et ꝙ non ſuf
ficiat ſoli deo confiteri: quinimmo valde con-
ueniens ſaluberrimumqꝫ ſit vt ſacerdoti pec
cata per confeſſionem aperiantur. Cap. xvij.

f Ateri ergo opoꝛtet quod fatendū ẽ.
qꝛ nunꝙ̃ eo modo aut ea intentiõe ꝗ
peccaui. peccata confeſſus ſum. neqꝫ
oīum recoꝛdatus ſum. aut pꝛopter vetuſtateꝫ
aut pꝛopter multitudinem. Que autem con-
feſſus ſum. nõ pure confeſſus ſum pꝛopter tur
pitudinem. Confeſſionem etiam meam di-
uiſi. vt diuerſa diuerſis ſacerdotibus manife-
ſtarem. ⁊ ita venia carui. ad quam per partes
peruenire putaui. Execranda nãqꝫ fictio eſt
peccatum diuidere. ⁊ ſuperficietenꝰ radere. ⁊
non intrinſecus eradicare. Non. n. eſt vtilis
ꝯfeſſio niſi ſit in oꝛis veritate. ⁊ coꝛdis purita

re. Et vt tres ſunt q̄ teſtimoniuꝫ dant in celo.
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. addamus tres
ſ. ſacerdoteꝫ. os ⁊ coꝛ. vt in oꝛe duoꝝ vel triū
teſtium ſtet omne verbum. Sed dicis. Suf
ficit mihi ſoli deo confiteri. quia ſacerdos ſine
eo a peccatis me ſoluere nō poteſt. At quod
nō ego ſed beatus Jacobus reſpondet dicēs:
Confitemini alterutruꝫ peccata veſtra. Cō
veniens nāqꝫ valde eſt vt nos qui deo peccan
do cōtumaces fuimus: penitēdo ſupplices ſa-
cerdotibus ⁊ miniſtris eius ſimus. Et homo
q̄ ad dei gratiam cōſeruādam mediatoꝛe egu
it: iam eā recuperare niſi ꝑ mediatoꝛē homi-
nē non poſſit. Gemat ergo ⁊ ſuſpiret ⁊ anxi-
us ꝓ peccato timeat ⁊ expaueſcat: ſollicitꝰ diſ
currat: auxiliatoꝛes ⁊ interceſſoꝛes querat: ꝓ-
ſternat ſe humiliter homini: qui hūiliter aſta-
re noluit creatoꝛi. Naꝫ ⁊ hoc ſaluberrimum
eſt: vt homo coꝛde peniteat: ⁊ oꝛe ſuum pecca
tum confiteatur: quatenus deus qui p̄us ad-
eſt per gratiā: coꝛ ad penitentiā cōpungat: de-
inde aſſit vt confitenti peccatoꝝ veniam tri-
buat. Quod ſi foꝛte peccator vere peniteat: ſꝫ
interueniente neceſſitatis articulo ad cōfeſſio
nem venire nō poſſit: cōfidenter credere debē
mus: ꝙ ſummus ſacerdos cōpleat in eo: quod
moꝛtalis nō potuit. Nam apud deū factum

conſtat qđ homo quidē vere voluit ſed nō va
luit adimplere: quia confeſſionem nō cōtem⸗
ptus excluſit: ſed impediuit neceſſitas.

¶ De multimoda ſuijpſius ⁊ accuſatione. ꝑ
peccatorum ⁊ vitiorū in tota vita ſua perpetra
torum ennarationem. Capitulum. xviij.

In capitulo vbi peccata mea emēda⸗
re debui. peccatis peccata addidi.
Cū de illis fui ꝓclamatus. aut aliquo
modo excuſaui. aut ex toto negaui. aut quod
deterius eſt defendi. ⁊ impatienter reſpondi.
Cū nullum ſit peccatum a quo nō ſim cōtami
natus aliquo modo. aut contaminari non poſ
ſim. iuſtum eſt vt remota omni occaſione emē
dationem promittam. vndecūq; aut a quocū
q; clamer: quatenus ſic liberari valeam a pec
cato ꝑpetrato vel perpetrando. Multitudi⸗
neȝ iniquitatum mearum expaueſcens. alio⸗
rum tranſgreſſiones reprehendere timui. ⁊
ideo mortis auctor extiti quia virus quod cla
mando expellere potui non expuli. Indi⸗
gnatus ſum aduerſus alios. qui me de vitijs
meis reprehēdebāt. ⁊ quos amare debui odi
ui. Illa que mihi nocebant vel diſplicebant
deſideraui vt non eſſent. Sciebam tamen qđ
in natura ſua erant bona. ⁊ a bono factore fa⸗

cta ſed ideo mihi nocebant. quia ego malus eraꝫ ⁊ male eiſ vtebar. Nihil eniꝫ mihi ꝯtrarium eſt niſi egoipſe: meū eſt quicqd mihi nocere poteſt: ⁊ egoipſe mihi ſum ſarcia. Optaui ēt vt deus peccata mea neſciret. aut punire nollet aut punire non poſſet. ⁊ ita volui deuꝫ eſſe inſipientem. iniuſtum ⁊ impotentem. qḋ ſi eſſet. deus non eſſet. Non eſt ſuperbia ſuper ſuperbiam meam. propterea longe a ſalute mea verba delictorum meorum. Suſpecta ſiquidem eſt deo ſuperbia. nec fieri poteſt vt cum eo in gratiam reuertatur. Diuerſum vtriqꝫ hoſpitium. neqꝫ in codeꝫ cohabitant animo. quibus non licuit cohabitare in celo. In celo nata eſt. ſed velut immemor qua via inde cecidit. illuc poſtea redire nō potuit. De aere. pluuia vel nimio calore vel frigore turbatus fui. contra deū iniqꝫ murmuraui. Omnia nāqꝫ que adverſum vite accepimus adverſuꝫ culpe conuertimus. Quapropter iuſtum eſt. vt qui in cunctis peccauimus. in cunctis feriamur. Sepe ad ſacrum myſterium vocem meam fregi: vt dulcius cantarem magiſqꝫ delectabar in vocis modulatione ꝙ in cordis compunctione. Deus vero cui nō abſconditur qcquid illicitum perpetratur. non querit vocis leuitatem. ſed cordis puritatem. Nam duꝫ

cantoꝛ populuꝫ mulcet ſuis vocibus. deuꝫ irri tat prauis moꝛibus. Licentiam loquendi vel aliquid faciendi ſepe nimia importunitate vel calliditate a prelatis meis extoꝛſi: non atten dens miſer quoniam ille ſe decipit qui aperte vel occulte ſatagit vt hoc ei pater ſpiritualis īiungat quod ipſe deſiderat. Acuꝫ: vel cultel lum: vel aliquid tale multotiens nimium de ſideraui: nec confeſſus ſum: qꝛ peccatū nō eſti mabam ꝑꝑ rei vilitateꝫ: verūtamen non mul tum diſtat quecūqꝫ ſubſtantia vilis vel precio ſa requiratur: dum equaliter ſit coꝛruptus re quirentis affectus. Non. n. cultellus vitiū eſt: ſed cultelli appetitus: neqꝫ aurum vitium eſt: ſed auri appetitus ſiue cupiditas. In laboꝛe non laboꝛaui quantum potui vel quantuꝫ de bui. In ſilentio etiaꝫ fui ocioſus: quod eſt ma ximum peccatum. In ſilentio nāqꝫ nemo ſic dꝫ eſſe ocioſus: vt in eodem ſilentio non cogi tet vtilitatem pꝛoximi: neqꝫ in opere ſic actuo ſus vt non requirat contemplationem dei.

Parum. n. pꝛoficit ſibi: q alteri non pꝛodeſt cuꝫ pōt. De vitijs meis me aliquotiens iacta ui: putans eſſe inſigne virtutis vbi erat lapſus criminis. De virtutibus etiam vitia feci. Iu ſtitia nāqꝫ dum ſuuꝫ modū excedit crudelita tis vitium gignit: ⁊ nimia pietas diſſolutionē

diſcipline parturit. Sic ſepe vitiū eſt: qd̾ v̾tus eē putat̄: ſicut r̄miſſa ſegnities mãſuetudo cre ditur: ꝛ pigricie vitium: qetis virtutez imitat̄.
Finxi me eſſe quod non eram: dixi me velle quod nolebam: aliud oꝛe dicebaz: ꝛ aliud coꝛ de volnebam: ꝛ ita ſub ouina ꝑelle vulpinam ꝯſcientiam abſcõdebaz. Uulpina plane ꝯſciē tia eſt tepida ꝯuerſatio: animalis cogitatio: fi- cta cõfeſſio: bꝛeuis ꝛ rara compunctio: obediē tia ſine deuotione: oꝛatio ſine intentiõe: lectio ſine edificatione: ſermo ſine circunſpectione.

¶ De ſpe impetrãde venie ꝑꝑ peccati cogni tionez: ꝛ ob id ampliori ſuiipſius accuſatione: diſcuſſione ꝛ repꝛehenſione. Capitulu3. xix.

O Quã dura ſunt mihi iſta que loquoꝛ qꝛ memetipſum loquendo ferio. Ue rũtamen qꝛ peccatoꝛem me nõ nego: ſꝫ peccatum meū cognoſco: erit foꝛtaſſe apud deuz pium iudicē impetratio venie: ipſa cogni tio culpe. Dicam ḡ dicam miſeriam meam: ſi foꝛte pietas ſua moueat ipſum. Dicam pec catum meum: qm̄ noticia peccati initiuz eſt ſa lutis. Magnam fero coꝛonam: ꝛ veſtez rotū- dam: regulam ſeruo ieiunioꝛū: ſtatutis pſallo hoꝛis: ſed coꝛ meum longe eſt a deo meo. Ex terioꝛez ſupficiem intuens: omnia mihi ſalua arbitroꝛ: non ſentiens vermē interioꝛem qui

interioꝛa mea coꝛrodit. Comederūt alieni ro
bur meum ⁊ ignoꝛaui: ⁊ ideo totus ꝑgens i ea
que foꝛis ſunt: ⁊ ignarus interioꝛum meoꝛuꝫ.
ſicut aqua effuſus ſum: ⁊ ad nihilum ſuꝫ reda
ctus. pꝛeteritoꝛuꝫ obliuiſcens. pꝛeſentia negli
gens. futura nō pꝛeuidens. Ingratus ſum ad
beneficia. pꝛonus ad mala. ⁊ tardus ad bona.
Si me nō inſpicio neſcio meipſum. ſi aūt me
inſpicio tolerare meipſum nō poſſum. qꝛ tan-
ta in me inuenio que digna ſunt repꝛehenſiōe
⁊ ꝯfuſiōe. Et quāto ſepius ⁊ ſubtilius me diſ
cutio. tanto plures abominatiōes in angulis
coꝛdis inuenio. Ex quo nāqꝫ peccare cepi. nū
ꝙ vnum diem ſine peccato tranſire potui. nec
adhuc peccare ceſſo. ſed de die in diem pecca
ta peccatis addo. ⁊ ea que ꝑ oculis habeo. nec
gemo. Erubeſcenda video nec erubeſco. do
lenda intueoꝛ nec doleo. quod ē moꝛtis ſignū
⁊ dānationis indicium. Membꝛum. n. qd do
loꝛem nō ſentit moꝛtuum eſt. ⁊ moꝛbus inſen
ſibilis eſt incurabilis. Leuis ſum ⁊ diſſolutus
nec meipſum coꝛrigo. ſed ad peccata que con
feſſus ſum quotidie redeo. nec caueo foueam
in quā vel ego cecidi vel alios caderē vidi. Cū
qꝫ ploꝛare ⁊ oꝛare deberem pꝛo malis que fe
ci. ⁊ bonis que facere neglexi. pꝛochdoloꝛ ver
ſum eſt mihi in contrarium. Nam tepui ⁊ fri

gui a feruoꝛe oꝛationis. ⁊ iam ſine ſenſu frigi-
dus remanſi. ⁊ ideo flere incipſum nõ poſſum
quoniam lachꝛymarum gratia receſſit a me.
Peccata mea celare non poſſum. qm̃ quocũ
qꝫ vado conſcientia mea eſt mecum. ſecũ poꝛ
tas quicquid in ea poſui. ſiue bonum ſiue ma-
lum. Seruat viuo. reſtituet defuncto depoſi-
tum quod ſeruandum accepit. Si male fece-
ro adeſt illa. ſi autem bene facere videoꝛ ⁊ ex-
inde extolloꝛ. adeſt iterum. Adeſt viuo. ſequi
tur moꝛtuum. vbiqꝫ mihi gloꝛia vel confuſio
inſeparabilis pꝛo qualitate depoſiti. Sic ſic i
domo pꝛopꝛia ⁊ a pꝛopꝛia familia habeo accu
ſatoꝛes: iudices ⁊ toꝛtoꝛes. Accuſat me ꝯſcië-
tia. teſtis eſt mẽoꝛia. ratio iudex. voluptas car
cer. timoꝛ toꝛtoꝛ. oblectamentum toꝛmentuꝫ.
Quotq̊t. n. fuerũt oblectamẽta mala. tot erũt
toꝛm̃ta. Nã inde puniẽur vñ delectabamur.

℃ De diuini adiutoꝛij inuocatione pp triuꝫ
pꝛincipaliuꝫ inimicoꝝ. coꝛpoꝛis videlicet. mũ
di ac diaboli circundationeꝫ. Capituluꝫ. xx.

Diuua me dñe deus meus. qm̃ ini-
a mici mei aïaꝫ meaꝫ circundederunt.
ſ. coꝛpus mundus ⁊ diabolus. Coꝛ
pus fugere non poſſum neqꝫ fugare. circũfer-
re illud neceſſe eſt. quoniaꝫ alligatuꝫ eſt mihi

perimere nõ licet. ſuſtentare cogor. Cuȝ vero illud impinguo: hoſteȝ meuȝ aduerſuȝ me nu trio. Si.n. multum comedo. ⁊ id robuſtũ fue rit. ſanitas ⁊ fortitudo eiuſ aduerſantur mihi. Mundus vero circũcinxit ⁊ obſedit me vn- diqȝ. ⁊ per quinqȝ ſenſus corpis mei. quaſi ꝑ portas ſagittis ſuis me vulnerat. ⁊ mors ītrat per feneſtras meas in aīaȝ meã. Reſpicit ocu lus ⁊ mentis ſenſuȝ auertit. Audit auris. ⁊ in tentioneȝ cordis flectit. Odoratus cogitatio neȝ īpedit. Os loquitur ⁊ fallit. Per tactuȝ vero ardor libidinis pro aliqua parua occaſio ne excitatur. ⁊ niſi ilico reſpuatur ⁊ expuatur. totuȝ corpus occupat ⁊ eſtuat.. vrit ⁊ incendit. Primo carneȝ modicuȝ titillat. deinde tur- pi delectatione mentem maculat. ⁊ ad extre- muȝ ꝑ conſenſum prauitatis menteȝ ſibi ſub iugat. Porro diabolus queȝ videre nõ poſ ſuȝ. et ideo minus cauere. tetendit arcuȝ ſuũ. ⁊ in eo parauit ſagittas ſuas vt ſagittet me. Narrauit vt abſconderet laqueos. ⁊ dixit qs videbit eos. Laqueos poſuit in auro ⁊ argen to. ⁊ in omnibus his quibus abutimur. cuȝ in illiſ male delectamur illaqueamur. Necqȝ ſo lum laqueum poſuit ſed ⁊ viſcuȝ. Viſcus eſt amor poſſeſſionis. affectus cognationis. cupi- ditas honoris ⁊ carnis voluptas. quibus ani-

ma inuiſcatur ⁊ irretitur: ne pennis cõtemplatiõis per plateas ſuper Hieruſalem poſſit volare. Sagitte diaboli ſunt ira: inuidia: luxuria ⁊c. quibus anima vulneratur. Et quis eſt ille: qui iacula eius ignea poſſet extinguere? Prochdolor his telis ſupaẗ ſepe fidelis aĩa.

De querela ſuper bellis temptamẽtis ac periculis vndiqꝫ occurrẽtibus. De proprijs etiam vniuſcuiuſqꝫ premiſſorum inimicorum ſuggeſtionibus: ſingularum qꝫ diſcretione: ⁊ diabolicarum ſuperatione. Capitulũ. xxi.

b Eu mihi quoniam vndiqꝫ bella mouentur: vndiqꝫ mihi tela volant: vndiqꝫ tẽptamenta: vndiqꝫ picula: quocũqꝫ me vertã nulla ſecuritas: ⁊ que me mulcent ⁊ moleſtant timeo. Eſuries ⁊ refectio: ſomnus ⁊ vigilie: labor ⁊ quies pugnant ꝯtra me. Non minus ſuſpectus eſt mihi iocus q̃ ira: multos ſiquidem iocando ſcandalizaui. Neqꝫ minus vereor proſpera quã aduerſa. Proſpera nanqꝫ ſuauitate ſua incautum me decipiunt. Aduerſa vero qꝛ aliquid amaritudinis in ſe habent: velut potiones amare ſuſpectum ⁊ timidum me faciunt. Magis timeo malum quod facio in abſcondito quã qͦd facio in aperto. Malum nanqꝫ qͦd nemo vi-

det:nemo reprehendit:⁊ vbi non timetur re-
prehenſor:ſecurius accedit temptator : faciliꝰ
perpetratur iniquitas. Nimiruꝫ vtrobiqꝫ bel
lum:vtrobiqꝫ periculum: vtrobiqꝫ timendū.
Et ſicut in hoſtili regione verſantibus: hac il
lacqꝫ circunſpiciendum eſt:⁊ ad omnem ſtre-
pitum circūagendi eſt ceruix. Caro ſuggerit
mihi mollia:mundus vana:diabolus amara.
Quotiens aliqua carnalis cogitatio mentem
meam importune pulſat:de cibo de potu : de
ſomno:ceteriſqꝫ ſimilibus ad curam carnis ꝑ
tinentibus:caro mihi loquitur. Cum vero
de ambitione ſeculi:de iactantia:de arrogan-
tia:cogitatio vana in corde meo verſatur : de
mundo eſt. Quando autem ad iracundiam:
ad iram : ad amaritudinem animi prouocor:
diabolica ſuggeſtio eſt:cui nō aliter ꝙ̄ ipſi dia
bolo reſiſtendum eſt:nec aliter ab ea cauendū
ꝙ̄ ab ipſa damnatione. Demonum eſt ma-
las ſuggeſtiones ingerere.noſtrum eſt illis nō
conſentire. Nam quotiens reſiſtimus : dia-
bolum ſuperamus.angelos letificamus. deū
honorificamꝰ. Ipſe.n.noſ hortatꝰ vt pugnemꝰ
adiuuat vt vincamus.certantes in bello ſpe
ctat:deficientes ſubleuat: vincentes coronat.

¶ De varia illorum inimicorum impugna-

tione ſingularíq; diaboli in adiutorio carnis confidentia atq; eiuſdē cū illo federatione: ⁊ de grandi impugnationis illorum periculo.

¶ Capitulum.xxij.

c Aro mea de luto eſt: ⁊ ideo lutoſas ⁊ voluptuoſas cogitationes ab illa habeo: vanas ⁊ curioſas de mūdo: a diabolo amaras ⁊ malicioſas. Iſti tres inimici me impugnāt ⁊ pſequuntur: nūc quidē aperte nunc vero occulte: ſemper autem malicioſe.

Diabolus vero plus confidit in adiutorio carnis: quoniam magis nocet domeſticus hoſtis. Illa vero ad ſubuerſionem meam cum illo fedus inijt: vtpote de peccato nata: ⁊ in peccato nutrita: vitijs corrupta in ipſa origine: ſ; multo amplius vitiata praua conſuetudine.

Hinc eſt ꝙ tam acriter concupiſcit aduerſus ſpiritum: ꝙ aſſidue murmurat ⁊ impatiens ē diſcipline. ꝙ illicita ſuggerit: nec obtemperat rationi. nec inhibetur vllo timore. Huic accedit. hanc adiuuat. hac vtitur ille tortuoſus ſerpens. hoſtis humani generis. cui nullum eſt aliud deſiderium. nullum negocium. nullum ſtudium. niſi perdere animas noſtras. Hic ē qui iugiter malum machinatur. argute loquitur. artificioſe ſuggerit. callide decipit. illicitos motus inſufflat. ⁊ venenatas cogitatio-

nes inflammat. Mouet bella: nutrit odia: in=
citat gulam: mouet libidinem: deſideria car=
nis inſtigat: peccati occaſiones parat: ⁊ mille
nocendi artibus corda hominum pulſare nõ
ceſſat. Hic eſt qui baculo noſtro nos cedit: ⁊
manus noſtras proprio cingulo ligat: vt caro
que data eſt nobis in adiutorium: fiat nobis ĩ
ruinam ⁊ ſcandalum. Grauis luctatio ⁊ grã
de periculum eſt contra domeſticum hoſtem
pugnare: maxime cum nos aduene ſimus ⁊ il
le ciuis. Ille ſuam inhabitat regionem: nos
exules ſumus ⁊ peregrini. Maximum quo=
qꝫ diſcrimen eſt aduerſus diabolice fraudis
aſtutias: tam crebros immo continuos ſuſtinere
conflictus: quem tam aſtutũ fecit non tã natu
ra ſubtilis: ꝙ lõga exercitatio malicie huius.

¶ De ereptione inimicorũ petitione: viteqꝫ
emendande promiſſione: ⁊ vt ad illam vitam
feſtinemus eãqꝫ amemus: vbi ſũma felicitas
⁊ omniũ deſiderabiliũ inexplicabilis abun
dantia: nullaqꝫ miſeria: ac cunctorũ ꝯtriſtabili
um ininterruptibilis ⁊ ꝑpetua abſentia: ꝯſola
toria pulcherrimaqꝫ exhortatione. Ca. xxiij.

e Eripe me de inimicis meis deus me
us: ⁊ ab his qui oderunt me: quoniã
confortati ſunt ſuper me. Ego autẽ

qui vſqȝ ad hunc diem contra me vixi: iam ꝑ
tuam gratiam mihi viuere incipiam. Sic.n.
viuere debemus vt cum corpus ceperit a ver
mibus deuorari in ſepulchro: anima letetur
cuȝ ſanctis in celo. Illuc ſpiritus dirigendus
eſt:ꝙ iturus eſt. Illuc feſtinare debemus: vbi
ſemꝑ viuamus ⁊ vbi nunꝙ amplius mori ti-
meamus. Si ſic amamus iſtam labileȝ vitā
⁊ caducam vbi cuȝ tanto labore viuimus: vbi
comedendo: bibendo: dormiendo vix neceſſi
tatibus carnis ſatiſfacimus: multomagis ama
re debemus eternam vitam vbi nulluȝ labo-
rem ſuſtinebimus: vbi ſemper ſūma iocundi-
tas: ſūma felicitas: ſūma libertas: ⁊ felix beati
tudo. vbi ſimiles erunt homines angelis dei:
⁊ fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ.
Qualis putas tunc ſplendor animaruȝ erit:
quando ſolis ſplendorem habebit lux corpo-
rum? Nulla erit ibi triſtitia. nulla anguſtia.
nullus dolor. nullus timor. nullus labor. nul-
la mors: ſed perpetua ſanitas ſemper ibi per-
ſeuerabit. Non ſurget ibi macies. neqȝ car-
nis miſeria. nulla ibi egritudo. nulla omnino
neceſſitas. nō fames. non ſitis. non frigus. nō
eſtus. non laſſitudo ieiunij. neqȝ temptatio ini
mici. nec peccandi voluntas: nec delinquendi
facultas. ſȝ totum leticia. totum exultatio poſ

ſidet:homineſqꝫ angelis ſociati:ſine vlla car-
nis infirmitate imperpetuuꝫ manebunt. Ibi
erit iocunditas infinita:beatitudo ſempiterna
In qua qui ſemel ſuſcipitur ſemper retinetur.
Ibi eſt requies a laboribus:pax ab hoſtibus:
amenitas de nouitate:ſecuritas de eternitate
ſuauitas atqꝫ dulcedo de eterna dei viſione.
Et quis non illic vehementer habitare deſi-
deret propter pacem:propter amenitateꝫ:ꝑꝑ
eternitateꝫ:ꝛ propter dei viſionem? Nullus
ibi peregrinus:ſꝫ qcūqꝫ illic venire merebun
tur ſecuri in patria manebūt ſemꝑ leti.ꝛ ſem-
per ſatiati de viſione dei. Et quāto quis plus
hic obediens pro deo fuerit:tanto ibi amplio
rem mercedem ab eo recipiet. Et quanto am
plius deum amabit. tanto propius eum vide
bit:quem cernere ſitiuit.

¶ De reprehenſione hominis hic theſauri
zantis. De malicia qꝫ:neqcia ꝛ impugnatiōe
veteris hominis aduerſus nouuꝫ.atqꝫ illius
ꝑ debitā penā digna caſtigatione. Ca.xxiiij.

Dies hominis ſicut vmbra ſuꝑ terraꝫ
ꝛ nulla eſt mora temporis trāſeuntis
cum ſtare videtur. Cur ergo theſau
rizat hō in terra: cuꝫ ſine dilatione tranſeat ꝛ
illud quod colligitur ꝛ ipſe qui colligit. Et tu

homo quem fructuz expectas in mundo cuius fructus ruina eſt.cuius finis mors eſt. Utinaz ſaperes ⁊ intelligeres:ac nouiſſima ꝓuideres. Itez fili memorare nouiſſima tua.⁊ in eternū non peccabis. Scio quendam q̄ per multos annos tecuz vixit familiariter.ad menſaz tuā ſedit.cibuz de manu ſua ſumpſit:⁊ in ſinu tuo dormiuit.cuz voluit tecū colloquium habuit. hic iure hereditario ſeruus tuus eſt. ſed quia abeunte etate delicate nutriuiſti eum: ⁊ virge pepercisti:contumax effectus eſt.leuauit calcaneum ſuum ſuper caput tuum: ⁊ te in ſeruitutem redegit.⁊ tui crudeliter dominatur. Sed fortaſſis dices. Quis ē hic? Uetus homo tuus:qui conculcat ſpiritum tuum.qui pro nihilo habet terram deſiderabilem. qui ſola que carnis ſunt ſapit. Homo iſte a natiuitate cecus eſt:ſurdus ⁊ mutus.inueteratus diez malozuz.rebellis virtuti ⁊ veritati: inimicus crucis chriſti. deridet innocentem ⁊ tranſeuntez ſimpliciter.ambulat in magnis ⁊ in mirabilibus ſup ſe. Arrogātia eius eſt maior q̄ fortitudo. Nulluz timet.nullum reueretur. Dicit i inſipientia ſua.nō eſt deus. Tabeſcit bonis ⁊ malis paſcitur.imundis cogitationibus potit ⁊ nō fatigatur in illis.trāſgrediens vſq3 ad fines.diſpergit ⁊ diſſipat propria ſicut prodigus

cupit ⁊ rapit aliena ſicut auarus. turpitudinez
⁊ ignominiam congregat ſicut ſimulans ⁊ cal
lidus ꝓuocat iram dei. Hō iſte totus in pecca
tis natus eſt ⁊ ſic nutritus. amicus iniquitatis
filius mortis. vas ire in cōtumeliaz. aptus ad
interitum. Qui cuz talis ſit. enarrat iuſticias
dei. ⁊ aſſumit teſtamentum eius per os ſuum.
Odit diſciplinam. proijcit dñm poſt tergum
ſuum. Cum videt furem currit cum eo. ⁊ cum
adulteris portionem ſuam ponit: aduerſus fi-
lium matris ſue nutrit ſcandaluz. Sup̄ te etiā
theſaurizat iram in die ire. vult a te heredita-
tem tuam auferre: ⁊ deſup̄ terram memoriā
tuam tollere. Et tu tantam iniuriam non vin
dicas: ſed diſſimulas. neqȝ ei durum verbum
loqueris. neqȝ vultū iratum oſtendis. ſȝ blan
dienti tibi arrides: ludis cum illuſore. An ne
ſcis. qꝛ Iſmael eſt qui tecum ludit? Ludus
iſte nō eſt pueritie: neqȝ ſimplicitatis vel inno
centie. ſed eſt illuſio anime. ſed eſt perſecutio
⁊ mors. Jam te in foueam quā fecit precipita
uit. iam effeminatus. iaȝ iugo miſer ſeruitutis
preſſus. ſub pedibus eius miſerrime ⁊ viliter
conculcaris. O miſer ⁊ miſerabilis homo:
quis te liberabit de vinculo improperij huius?
Exurgat deus ⁊ cadat armatus iſte: cadat ⁊
cōteratur inimicus: id eſt: contemptor dei. cul

toꝛ ſui.amicus mundi.ſeruus diaboli. Quid tibi videtur? Si recte ſentis mecuꝫ dicis. Reus eſt moꝛtis crucifigatur. Noli ergo diſſimulare.noli differre.noli parcere. ſed audenter. feſtinanter.ardenter.inſtanter crucifige hominem illuꝫ:ſed cruce chꝛiſti in qua eſt ſalus ⁊ vita;ad quem ſi ex toto coꝛde clamauerit crucifixus tuus.audiet benigne reſpondeteꝫ. Hodie mecum eris in paradiſo.

¶ De ingenti pietatis ac miſericoꝛdie xp̄i ⁊ dei erga hominem cōmendatione.⁊ vt opera detur interne lectioni ad ſuijpſius cognitionē dei dilectionem.inimicoꝝ ſuperationeꝫ. atqꝫ eterne felicitatis conſecutionem. finali admonitione ⁊ libꝛi concluſione. Capitulum.xxv.

O Chꝛiſti pietas inopinata erat ſalus miſeri.ſed taꝫ gratuita eſt ⁊ pꝛobata dei dilectio:tam inopinata dei dignatio.tam ſtupenda dulcedo. tam inuicta manſuetudo.vt qui ad euꝫ clamauerit exaudiat illum. quoniam miſericoꝛs eſt. O quanta eſt miſericoꝛdia dei. quā ineffabilis eſt mutatio dextre excelſi. Heri erat in tenebꝛis.hodie ī ſplendoꝛe lucis. Heri in oꝛe leonis. hodie in manu mediatoꝛis. Heri in poꝛta inferni.hodie in delicijs paradiſi.Sed quid pꝛoſunt be

littere admonitionis niſi deleas de libro con ſciẽtie tue litteras mortis? Quid proſunt hec ſcripta ⁊ intellecta. niſi temetipſum legas ⁊ in telligas? Da ergo operam interne lectioni: vt legas ⁊ cognoſcas teipſum: vt legas ⁊ dili- gas deum: vt pugnes ⁊ vincas munduꝫ ⁊ oẽꝫ inimicuꝫ. quatenus labor tuus cõuertatur in requiem. luctus in gaudium. ⁊ poſt tenebras huius vite videas ortum ſurgentis aurore. vi deas etiam meridianum ſoleꝫ iuſticie. in quo ſponſum pariter cum ſponſa proſpicies. vnuꝫ eundemqꝫ dominum glorie. Qui cum patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat per omnia ſecu- la ſeculorum. Amen.

Explicit Liber meditationuꝫ bea-
ti Bernardi. Anno. M.cccc.xcij.
Impreſſus Argeñ.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Sup[er] ... in ... sci Nicolai ...

N... carne sita ... terita tuta
Corporale ... fit pro ... sopita
Vite tancredus. comes eternu[m] sibi festis
Firmat ... donis. durant ... templa coloms

... ...

Juliano d[e] medici fu morto In s[an]cta liberata
a firencia In dominica a hore · 13 · adi · 26
aprille · | · 1478 ·

[illegible]

...no ... ne ferito ... pie ...

... ...

Alo... ~~...~~ dei ... deo ciel ... nen
maniel ... et p[ro]ucem ... pamelos ... gerda-
dona ani ... allo nome ... patre ... Jobilela ... fine
eth ... come amen ~~... deo gras~~ ... xpi
marie filiorum ... de domino ... Jesus aut ... trasiens
finire ... ... habire ... pax nobis ... tm
Semp[er] deo gras ... xps marie fil...

Ex. completo con 32 ff. innumer.